

pus haberem, addo salutem. Vale &  
prosperare. Sagani. d. 6. Maij Anni  
1630.

*Jo. Kepplerus Matthiæ Berneggero*  
S. P. D.

**C**Larissime amicissimeque Vir, Li-  
teras tuas 8. Sept. scriptas accepit  
Francofurti Fridericus Bartschius  
affinis. Eo enim præmiseram illum;  
ut quicquid tandem Tampachius  
esset factururus, paratum me ostende-  
rerim. Cecidit tamen, quod ex præ-  
senti usu meo esse puto, utinam esset  
etiam ex Studiosorum. Contractum  
iniit Bartschius cum Tampachio, de  
toto opere: quem confirmavi literis  
Lipsiâ missis. Miror nunc demum  
à te mentionem fieri literarum Major-  
scriptarum. Atqui sæpius interea  
scripsi. De Mappâ, quod quæris, est  
illa, quam ante triennium promisi in  
Tabb. Rud. ad calcem præc. de Cata-  
logo